Leges abrogarentur praecepta componens ediverso om-
nia atque invidiam in principem sacerdotum referens. eorum
quae premeditaretur. callide etiam quos sciebat illorum
qui conclusi fuerant esse proditores et factionis principes
incitabat paratae mortis formidine. asserens quod specia-
liter ipsis Ananus exitium composuisset. venisse ut fraude
manifestaret. maturae subsidia quaerenda prius quam
ab eis poena reposceretur. quid plura pacis medius belli
accendit. eliguntur qui Idumaeos ad proelium roga-
rent. genus mobile. inquietum insolens. promtum ad discordias
rerum mutationibus laetum. periculi improvidum. praeceps
ad proelium. itaque sine mora flexi venerunt. congre-
gantur XX milia virorum. ut pote nullis terrarum in-
tenta cultibus sed parata latrociniis. Nec latere potuit
Ananum adventus Idumaeorum. denique portas claudi
iubet. ne cum tumultu ingrederentur. sed si per ipsos a-
ventatem cognosceret. bello rem nunciarent.

Ascendentes itaque sacerdotum principes per murum. Idumaeos de
turre alloquebantur. maxime sibi esse miraculi quod a-
ccito in re tam mendacis causas quas nondum cognoverant
armis persequerentur. cum oportuerit eos prius discep-
tatores esse negotiorum quam bellorum proeliatores
et praeceteris merita cognoscere ne (quam) arma sumere. et ar-
ma adversum viros sui generis. cui cultus urbe sollemni-
tatis. nullius amplius irrogatum iniuriae quam Idumeis
quia ad societatem flagitiorum tam gravium concitarentur.
quid enim aliud ab his nisi parricidium adversum cives facin-
legis vi in adversus templum deposceretur. Non solere di-
versa inter se studia diversosque mores convenire. simili-
tudo enim morum sociat voluntatum societatem. et cog-
na[…]ta studia sibi nec […] nequissimos homines. qui la-
t[…]rocinio sumptum exercerent suum. arrogare
si[…]bi ut Idumaeos sibi socios accerserent. tantum
a[…]bhorrentes ab eorum proposito a quibus rogarentur
u[…]t illi patriae suae bellum intulerint ut vero
o[…]brecraverint quasi alienam urbem defensum
venire